

Dantisci d. 10. Jan. 1682.

A Confederatis Deputati prope centum (quos inter est et Marcus Lu.,
bieniēcki Patruelis tuus, sed jam à tua et paterna confessione, in
castra Pontificia transfugiens, alienus) ad nos venerunt, revident
cuncta Regia et Ecclesiastica bona, eaq; possessioni vel administrationi
suae subijciunt. Quamvis autem adhuc modeste se gerant, tamen veremur, ne
haec res novus motus adferat. De Comitibus nihil scribitur, nihil etiam dicitur.
Serena^{ma} Regina profecta est ad Serenissimam Regem ex Lithuania rede-
ntem, eo fine, ut velit Comitibus accelerare, quod Confederati valde,
imò valide, urgent et flagitant. Existimo tamen Comitibus mense Febr.
non habitura initium. Ibi autem illa celebrabatur, juxta cum
ignarissimis scio. Palatini Valachia et Moldavia è vivis excesserunt,
qua res in illis omnis non levem adferet mutationem. Transylva-
nia tota jam plane Turcis est subjecta. Exercitus Caesareus
ibi inedia et morbo castris consumptus est. Reliquia tamen
Evangelicos in Hungaria vexat & vexabunt. Apud nos huc nihil
auditur, nihil conspicitur, nisi miseria et afflictio. Milites diversi
agminatim vagantur, itinera reddunt infesta, omnia depradantur,
verbo: omnia more militari pro libitu agunt. Proxime non videmus,
tanta minis sentimus, ullum pacis fructum. Insulam nostram reparato
magnis sumptibus aggere Vistula opposito, anno praeterito restitue-
ramus. Sed vis glaciei et aquae nuper admodum perripit illum,
ita ut tota insula jam misere sit inundata. Ex Lithuania, quae
recenter accepi, pauca perscribo: VILNA ab hoste, praecipue
autem à nostris, sicut Ierosalem, est diruta. Arcem Moscus
validis muniverat vallibus et propugnaculis. Quae ideò impetus et
assultus nostratium diutius sustinisset (nam res annonaria
et armamentaria ad integrum suffecisset annum) nisi Praefectum
Praesidiarum prodidissent. Is ultimum subiit supplicium, non
quod

quod fuerit pertinax, tanto magis quod fuerit in Dominum suum
fidelis, in nostrum pertinax, sed quod in plures civium tyrannidem,
usq; ad mortem, exercuerit. Caenam nostri per rationem recupe-
ravit. Undecim millia Gregariorum, Lituanum et calonum
servitij q; in Moscoviam missa, iuxta sunt testis et dominib; parere,
et preda contenti esse. Spargitur hic, Illmum D. Palatinum
Rustid. Zametzius, cum prope Smolenscum esset et consilia cum
civibus communicasset, urbem in sperato occupasse. Sed ego claudum
nuncium expecto.

Berolini d. 14. Jan.

De consilijs et negotijs Aulae nostrae (adeo hic omnia secreta sunt!)
paucis ex me cognoscere poteris, quamvis officio meo erga Te, Tuorum
desiderio deesse nolim. Accipe tamen quae ex Russia, et ex ipsis Poloniae
visceribus ab Amicis fidei accipi recentior. Adfuit mihi his diebus quidam
qui in Aula Archiepiscopi Gnesnensis, Primate Regni, non ita pridem fuit,
quique mihi sequentia retulit: Confabulatus sola Regalia et Ecclesiastica
bona occupasse, eaq; tenere, et in ijs pro lubitu agere, rem Oeconomicam
administrare, reliquis tamen Ecclesiasticis praedijs pristinis possessoribus pro
acquirendo pane quotidiano. Equidem et dicto Archiepiscopo eundem
favorem exhibuerunt, sed ita, ut ex amplissimis redditibus vix duo
millia thalerorum, alijs autem minus, ducta proportione, concesserint.
judicantes id ad sustentandam honeste vitam et faciendam rem Sacram
sufficere, ne habeant Episcopi occasionem inter ambitionis et luxuriae
certamina vitam turpiter transmittendi, ac memorandum illud S. Gre-
gorij monitum (Quid dicturi sumus nos Episcopi, qui honore gradum
ex Redemptoris nostri humilitate suscepimus, et tamen Superbiam
hostis ipsius imitamus?) negligendi. Reliqua bona et eorum redditus
in suos usus prorsus boni illi Sacri vinculi Socij convertant. Sed

post